



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 93. Constitutiones Clementis XI. Papæ, ejusque epistolæ ad diversos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Decembris Ludovica Dorothea Friderico Hassiæ Landgravio desponsata, Regis Borussiae Filia, quæ nonnisi vigesimum quintum ætatis annum attigit: Vitæ etiam suæ finem fecit, quam usque ad annum octogesimum primum produxit, Georgius Guilielmus Dux Cellensis, denique die vigesima Decembris sexagenaria decessit Christina vidua Friderici XI. Saxo - Gothani Ducis Conjux.

Sæc. XVII.  
A. C. 1705.

§. XCIII.

*Constitutiones Clementis XI. Papæ, ejusque literæ ad varios.*

Ex plurimis, quas summus Pontifex promulgari jussit, Constitutionibus & epistolis ab eodem ad varios datis paucas seligimus, & primo quidem ex ipsius mandato Casparus Cardinalis de Carpegna Vicarius Urbis & Orbis die quarta Februarii præcepit, ut Ecclesiasticorum cadavera in funeralibus officiis exponantur induta Sacris vestibus eorum Ordini congruis, & quorumcunque etiam Nobilium, & Magnatum corpora non cum rhedis aliisque vehiculis, sed præcedente Cruce in feretro ad Ecclesiam deferantur. Die autem vigesima ejusdem Mensis, Pontifex Cultum ab immemorabili tempore in Lusitaniæ

*Bull. magna Part. 2. Clem. XI. pag. 251.*

Sæc. XVII  
A. C. 1705

tanæ Regno B. Reginis Theresiæ & Sancix Monialibus Ord. Cisterciensis tribui solitum confirmavit. Varia etiam Pontifex præscripsit observanda in expositione SS. Sacramenti pro oratione quadraginta horarum, ubi præcipue notandum, quod prohibuerit, ne ad Altare, ubi exponitur SS. Sacramentum, celebretur alia Missa, præter solemnem pro expositione, & hæc cantanda sit cum Ministris, quin tamen præter Personas Regias quisquam adorandum ingrediatur ad Presbyterium, ubi manet expositum SS. Sacramentum. Jam supra meminimus, quod Pontifex Nuntio Apostolico in Lusitanæ Aula degenti negotium dedisset, ut se fuitis ad habitum ejusdem Instituti aliquem admittendi facultatem adimeret, nisi quindennia Camerae Apostolicæ debita infra quadrimestre persolvissent; cum autem adversus hujus mandati executionem Catharinæ Mariæ Viduæ Anglorum Reginæ, quæ Fratre suo Rege absente Regnum administrabat, patrocinium implorarent, illa vero contra Nuntium acerbiora mandata dedisset, hinc Pontifex die vigesima quarta Januarii datis literis Reginam hortatus est, ut adversus hunc Nuntium constituta revocari curaret. Quoniam vero Josephus Clemens Coloniensis Archiepiscopus

episcopus, etsi pluribus, iisque am-  
 plissimis Ecclesiis jam per plures an-  
 nos præfuisset, & nihilominus partim  
 ætatis defectu, partim stabiliendæ prius  
 in Bavara ejus familia successione in-  
 tuitu, indulgente Sacra Sede, Sacros  
 Ordines nondum recepisset, Pontifex  
 die decima Februarii eundemhorta-  
 batur, ut cessante jam omni ulterioris  
 moræ caussa S. Ordinibus se initiari pro-  
 curaret. Sub idem tempus Lutherani  
 sectæ suæ exercitium Rhenobergam in-  
 vehere moliebantur, quocirca Pontifex  
 mox datis literis Leopoldum Cæsarem,  
 Lotharium Franciscum Moguntinum,  
 & Joannem Hugonem Trevirenses Ar-  
 chiepiscopos, necnon Lambergum Car-  
 dinalem, & Christianum Augustum  
 Jaurinensem Episcopum necnon Colo-  
 niense Capitulum Cathedrale impensius  
 hortabatur, ut eorum conatibus obfi-  
 sterent: Cum autem de Missionariis  
 Constantinopoli, Peræ, & Galatæ a-  
 gentibus variæ deferrentur querelæ,  
 Pontifex P. Davidem a S. Carolo Car-  
 melitam Excalceatum eo ablegavit, da-  
 toque die octava Augusti diplomate  
 Pontificio illum Visitatorem Apostoli-  
 cum constituit, cum facultate singulas  
 Missiones sive Presbyterorum sæcula-  
 rium, sive Regularium, etiam Jesuita-  
 rum visitandi, atque in rebelles anim-  
 adver-

Sæc. XVII.  
 A. C. 1705.

Sæc. XVII. advertendi. Plurimum quoque com-  
 A. C. 1705. mendabat Papa Marchionem Ferriol  
 Gallicum Oratorem, eoquod Constan-  
 tinopoli Catholicam religionem & Catho-  
 licos contra Turcarum infidias & ca-  
 lumnias tam strenue defenderit.

*Vid. supra*  
 l. 211. §. 66.  
 p. 235. t. 66.

Quantum vero Schiach Sultanus  
 Heissein Persarum Rex Catholicis &  
 præcipue Missionariis sese benignum  
 propitiumque reddiderit, jam supra  
 memoravimus: ut igitur Papa hunc  
 Regem ad continuandum hunc favorem  
 incitaret, ad eundem Reverendissimum  
 P. Eliam a S. Alberto ex Ord. FF. Di-  
 scalceatorum Carmelitarum Episcopum  
 Asphamensem Roma in Persidem ablegavit,  
 hisce literis, die decima octava  
 Februarii eidem ad Regem traditis. Li-  
 „teras, quas Celsitudo tua ad Fel. re-  
 „cord. Innocentium Duodecimum Præ-  
 „decessorem nostrum, summa amoris,  
 „ac egregiæ tuæ voluntatis erga Romanæ  
 „Pontificis Nomen, ac Dignitatem si-  
 „gnificatione refertas, atque cumula-  
 „tas rescripserat: Nos, qui in ejusdem  
 „locum, nullis licet meritis nostris, sed  
 „Dei ordinatione post ipsius decessum  
 „suffecti sumus, magna animi nostri  
 „gratulatione excepimus, & fideliter  
 „Nobis explicari curavimus. Ex ipsis  
 „itaque agnovimus, quibus humani-  
 „tatis officiis intuitu præfati Prædeces-  
 „soris

„loris nostri prosecutus sis bona me. æc. XVII.  
 „Petrum Paulum olim Archiepiscopum A. C. 1705.  
 „Anegranum, cui Te favorabilem præ-  
 „buisse testaris in iis omnibus, quæ a  
 „Te Pontificio nomine expostulavit:  
 „neque interim illi admodum laboran-  
 „dum fuisse, ut ad constabiliendas sem-  
 „per magis amicitias, animorumque  
 „Societatem, & conjunctionem, quæ  
 „tibi cum Christianis Principibus, ac  
 „Regibus intercedit, te hortaretur,  
 „cum id maxime omnium velis, cu-  
 „piasque, præsertim supremi Ecclesiæ  
 „universalis Antistitis benevolentiam  
 „demereri, ac excolere. Quæ tua recta  
 „voluntas, & animi magnitudo, atque  
 „in Christianos omnes propensio grata  
 „præter modum Nobis accidit; sicuti  
 „enim videmus, quanti Christianæ Rei-  
 „publicæ intersit, Te Regem dignitate,  
 „potentia, opibus, Regnorum ampli-  
 „tudine, ac Populorum numero inter  
 „cæteros terrarum orbis Principes sane  
 „præstantem cum eadem Republica,  
 „& cum iis, qui præcipuum in ea lo-  
 „cum obtinent, voluntate conjungi, &  
 „peculiare studium erga beati Petri  
 „Successores fovere, ita magnum tuæ  
 „gloriæ incrementum in eo situm esse  
 „arbitramur, ut ultra ipsos late paten-  
 „tes Perfici Regni fines tui Nominis  
 „fama protendatur, & ab exteris Na-  
 „tionibus

Sæc. XVII. „tionibus, dissitisque Populis jure e  
 A. C. 1705. „tiam foederis libentissime suscipiatur  
 „atque laudibus efferatur. Quod ad  
 „Nos attinet, persuasum tibi esse vo  
 „lumus, Nos mutuam, & omnino pro  
 „pensam voluntatem erga Te gerere,  
 „nihilque tam cupere, quam ut Au  
 „thor bonorum omnium Deus mun  
 „rum suorum largitate Te repleat, &  
 „apprehensa dextera tua Te per sem  
 „tas justitiæ ad solidam, perpetuam  
 „que felicitatem deducat; perspecta  
 „enim Nobis sunt, & multorum test  
 „monio comprobatæ eximix animi tu  
 „dotes, præsertim vero juncta cum  
 „summa prudentia æquitas illa ver  
 „Regia, per quam intelligis oportere  
 „ut Christi fideles, qui tuas ditio  
 „incolunt, aut adæunt, tutela autho  
 „ritatis tuæ perfruantur, quatenus vis  
 „nulla, aut molestia eisdem palam  
 „vel occulte inferatur; quod, ut dili  
 „genter cures, & valide efficias etiam  
 „atque etiam a te petimus. Perferet  
 „autem ad Celsitudinem tuam has No  
 „stras literas Venerabilis Frater Elias  
 „Episcopus Aspahami Præsul Nobis  
 „valde ob fidem, doctrinam, ac pie  
 „tatem, quibus inter paucos prædictos  
 „est, probatus, atque commendatus  
 „qui sicut non semel Nobiscum sple  
 „dide, ut decet, de Te locutus est,

Sæc. XVII.  
A. C. 1703.

„ita relatores tibi, ac testes fore con-  
 „fidimus, quo fervore Apostolicæ  
 „Charitatis vera tibi bona a Deo jugi-  
 „ter apprecemur. Opportunum vero  
 „esse duximus, eundem ad suam resi-  
 „dentiam in præsens remittere, ut ibi-  
 „dem in omnibus, quæ ad istorum Chri-  
 „stianorum Salutem, indemnitate, &  
 „commodum spectant, permanenter  
 „adsit, suamque præterea Nobis operam  
 „impendat in exequendis mutuæ inter  
 „Nos benevolentiae officii, ac in Ne-  
 „gotiis, quæ isthic Nobis occurrent,  
 „pertractandis. Cupimus propterea,  
 „ut præfato Episcopo similia acturo fi-  
 „des habeatur, tum etiam Christiani,  
 „qui spirituali ipsius directioni com-  
 „missi sunt, Regia tua protectione con-  
 „tinenter gaudeant, eosque proinde  
 „iterato tibi, & enixe commendamus:  
 „quos tamen per eundem Episcopum  
 „monitos volumus, ut salva in Deum  
 „fide, caveant, ne ab obsequio, &  
 „obedientia authoritati tuæ debita vel  
 „minimum quidem recedant. Munu-  
 „scula quædam exotica potius raritate,  
 „quam pretio suo æstimanda, hac oc-  
 „casione ad Te deferri mandamus, quæ,  
 „ut pensato unice amore nostro, a quo  
 „proficiscuntur, libenter excipias, opta-  
 „mus, & incolumitatem diuturnam,  
 „ac imprimis lumen Divinæ gratiæ  
 „Hist Eccles. Tom. LXVII. Z „Celsi-



Sæc. XVII. „Celsitudini suæ ex animo auspica-  
 A. C. 1705. „mur. „

Insuper die decima quinta Julii eun-  
 dem Regem rogabat, quatenus Israe-  
 lem Ory Roma ad hoc Regnum profi-  
 ciscentem benigne exciperet, ac juva-  
 ret in his, quæ æquitati ac rationi con-  
 sona ab eo postulaverit: Catholicos  
 quoque enixe Regi commendavit, eo  
 quod hi Rege quidem infcio aut saltem  
 falsis criminationibus præoccupato, a  
 Regiis Administris tam acerbe vexa-  
 rentur, ut quamplurimi, cum se infidiis  
 atque calumniis continuo appeti sen-  
 rint, libertatem atque tranquillitatem  
 rebus fortunisque suis præferre malu-  
 rint, atque e Regno discedentes per  
 fugium apud Christianos Principes  
 quæsierint. Paulopost idem Pontifex  
 a præfato Aspahamensi Episcopo certum  
 reddebatur, quod hæretici præsertim  
 Armeni in Perside agentes Catholicos  
 adeo indigne vexent, ut eis grave pe-  
 riculum vel potius exitium immineret,  
 hinc Venetos, Cosmum Etruriæ Ducem  
 & Leopoldum Cæsarem rogabat, ut  
 præfato Episcopo ea omnia officia, &  
 auxilia liberaliter exhibere velint, que  
 tum sublevandæ, tum etiam ab injuria  
 impostorum prohibendæ Ecclesiæ suæ  
 opportuna fore duxerint. Eodem tem-  
 pore Manilianus Archiepiscopus quere-  
 batur,

batur, quod Jesuitæ, Dominicani & Augustiniani ordinariam Visitationem in septingentis & amplius Parochialibus Ecclesiis seu Doctrinis, quas in hac Diæcesi, aliisque Insularum Philippinarum Episcopatibus regunt, admittere renuant, ac potius animarum curam, præfatasque Ecclesias deferere, quam se ejusmodi Visitationi subicere velle declarent, hinc Pontifex hanc controversiam quibusdam Cardinalibus expendendam commisit, ac demum die trigesima Januarii edito diplomate, ac postmodum die decima nona Martii datis ad eundem Archiepiscopum literis decrevit, declaravitque, jus visitandi easdem Ecclesias in his, quæ ad curam animarum, & ad Sacramentorum administrationem pertinent, Episcopis competere, nec præfatos Regulares, interminatis censurarum, amissionis bonorum, aliisque pœnis arbitrariis, dictas Ecclesias deserere posse. Paterne tamen Pontifex hunc Archiepiscopum, ceterosque illarum partium Episcopos hortabatur, *ut Religiosos Viros vicissim omni pietatis & amoris officio complectantur, eoquod hi pro Christiana fide tum conservanda tum amplificanda in eisdem Ecclesiis laborent, pondus diei & æstus portent, & Custodum curas ita suo studio atque labore relevent, ut magnam illarum*

Sæc. XVII.  
A. C. 1705.

Bull. Carm.  
l. c.

Sæc. XVII. partem in se suscipiant, ac perferant, cum  
 A. C. 1705. tamen metuendum esset, ne eorum sermo  
 tepesceret, ubi asperiores, quam res  
 posceret, in se quandoque experirentur Episcoporum  
 scoporum manum, præsertim Ecclesiæ  
 nis, quæ non nisi urgente necessitate  
 Etanda sunt, communitam. Præterea Leo  
 poldus Colonitzius Cardinalis a summo  
 Pontifice petiit, quatenus pro schi-  
 maticis ad Ecclesiæ unitatem facilius  
 revocandis indulgere velit Missionariis  
 nariis latini Ritus, ut possint Sacrosancti  
 græco ritu, ubi necessitas tulerit, per-  
 agere, retenta tamen libertate ad  
 tum latinum, cessante hac necessitate  
 redeundi: ad hæc preces Pontifex die  
 nona Maij rescripsit, quod quidem huius  
 jus Cardinalis Zelum & pietatem  
 reconciliandis Hungariæ schismaticis  
 maximopere commendaret, ejus tamen  
 men petitioni annuere haud posset, cum  
 id constanti Catholice Ecclesiæ disciplina  
 plinæ & observantiæ, Generalium Concilio-  
 ciliarum decretis, ac Prædecessorum  
 Pontificum Constitutionibus maxime  
 adversetur, ac districtè præceptum  
 „ut tum latini, tum græci, tum quæ  
 „cunque demum Nationes, quæ præ-  
 „prium Ritum ab Apostolica Sede  
 „probatum habere noscuntur, eum præ-  
 „petuo ita custodiant, ut nemini tum  
 „Latinorum, tum Græcorum liceat

„sive in Consecrationibus, sive in Or- Sæc. XVII.  
 „dinationibus, aut in Divinis Officiis, A. C. 1703.  
 „aut in Sacramentorum Administratio-  
 „ne alterius Nationis ritum, vel alium  
 „ab eo, cui primum addicti sunt, usur-  
 „pare sub quovis titulo, vel prætextu,  
 „etiamsi inde spes propagandæ aliquanto  
 „magis Catholicæ Religionis affulgeret.  
 „Quæ cum provide sancita sint, cum  
 „gravissimis de causis, tum ob id præ-  
 „sertim, ut singulis Nationibus perspe-  
 „ctum sit, Apostolicam Sedem sollici-  
 „tam esse, ut unusquisque Ritus ap-  
 „probatus perpetuo custodiatur, ac vi-  
 „geat, nihilque tam ab ea alienum sit,  
 „quam velle alterutrum promiscuo usu  
 „paulatim destitui, atque deleri, de  
 „quo non semel Catholici Græci,  
 „Schismaticis eorum suspensionem,  
 „atque timorem subdole consoventi-  
 „bus, apud eandem Sedem conquesti  
 „sunt.,

Perceperat insuper Pontifex, quod  
 Laici Magistratus in Hispaniis Inquisito-  
 ris Generalis tribunal, eique compe-  
 tentes prærogativas imminuere, sese  
 in causis fidei immiscere, atque ad eas  
 cognoscendas iudices laicos depu-  
 tare, necnon Inquisitionis Ministros  
 remove, suspendere, ac pro libitu  
 suo eos velut emeritos declarare præ-  
 suo

Sæc. XVII. A C. 1705. sumpserint, hinc Pontifex datis die  
 octava Augusti literis Ceutæ Episcopum Inquisitorem Generalem serio admonuit, ut facultates sibi a Sede Apostolica concessas strenue tueatur, sciatque cuncta adversus suum officium supremamque sanctæ Sedis auctoritatem quovis modo hucusque attentata attentanda ipso jure nulla & irrita esse. Denique Pontifex die decima octava Maij Cardinalibus in secreto, ut vocant, Consistorio Leopoldi Cæsaris mortem denuntians, eos hortabatur, ut ipsius animam precibus, aliisque Ecclesiæ suffragiis celerius juvarent, quævis enim, agebat, eximia ejus in Deum pietas, in homines comitas & clementia, ceteræque illius egregiæ virtutes, animi purissimum & in prosperis moderatio, & in adversis miraplant constantia sperare faciat eum e terreno ad cæleste Regnum fuisse translatum, quia tamen, qui aliis præsumunt, citius judicandos esse scimus, hinc urgemus, ut sacrificiis, orationibus, defuncti Principis animæ solatium comparemus &c.

## §. XCIV.

*Joannes Christianus Augustus Holsatiæ Dux ad fidem Catholicam reversus.*